Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De quem habent Planetae dominio in tribus faciebus coelestium signorum. Cap. 3

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

magis Lunæ appropinquatio Soli; vt primus Seſtilis diſtans 60.graduum ſpatio.

Decimotertio,reuolutio fueritq; cum adeò erit Soli appropinquata Luna,vt nane eluceſcat vllatenus ante Solis ortum.Quod enim de Luna d ximus, de Sole quoque intelligendũ eſſe aſſeramus, vt de qualibet altera Stella, idque de aſpectibus intelligendum inter eas factos, ideſt Planetas, Stellaſuè fiſſas.

De quem habent Planetæ dominio in tribus faciebus cœleſtium ſignorum.

Cap. III.

VNicuiq; tres dedere ſigno partes, Aſtrologi viuis, validiſuè comprobatas rationibus eáſq; appellarunt facies,& decem; quibus gradibus peculiari decorarunt ſignificato,ac dominatore.Principum ſumamus à primis decem gradibus Arietis; quibus conſtituere Martem pro eorum peculiari Domino;ſecundos 10. ſub dominio Solis; vltimoſq; decem Veneri, igitur cum tripartita ſit diuiſio in tribus faciebus 30.graduũ Arie-

tis, tribus ſubiiecere Planetarum dominijs: intelligi primi decem Tauri gradus; Mercurio dantur; ſecundi Lunæ Saturnoquè tertij.

Decem primi Iouij, ſecundi Marti, & Soli tertij.

Primi Cãchri decem gradus, Veneri, ſecũdi Mercurio, Luneq; tertij.

Leonis primi decem, Saturno, Ioui ſecũdi, ac Marti tertij, Virginis primi gradus, decem Soli, ſecundi Veneri, Mercurioq; tertijs.

Lunæ primus exibent decem Libræ gradus, Saturno ſecundos, Iouiq; tertij.

Primi decem Scorpionis, gradus Marti, Soli ſecundi, & Veneri tertij.

Primi decem Sagittarij, Mercurio, Lunę ſecundi, & Saturno tertij.

Decem primi Capricorni, Ioui, ſecundi decem Marti, & Soli tertij.

Aquarij decem primi, Veneri, ſecundi Mercurio, Lunæq; tertij.

Primi Piſci decem, Saturno, ſecundi Ioui, tertij Marti.

De